

Z

Quapropter iuxta istam considerationē (vt ait Angustinus in nono lib. de Trinitate) credamus p̄m, & filium, & spiritū sanctū vnum esse Deum, vniuersā creaturā conditorē, & rectorem: nec p̄m esse filiū, nec spiritū sanctū, vel p̄m esse, vel filiū, sed Trinitatem reclaratam adinuicem personarū. Vt n. ait ipse in libro de fide ad Petrū, Vna Trinitate reclaratam adinuicem personarū. Vt n. ait ipse in libro de fide ad Petrū, Vna est natura siue essentia p̄is, & filij, & spiritus sancti, non vna persona. Si n. sic esset vna persona, sicut est vna substantia p̄is, & filij, & spiritus sancti, veraciter Trinitas nō diceretur. Rursus quidē Trinitas esset vera, sed vnus Deus Trinitas ipsa non esset, si quemadmodū p̄r, & filius, & spiritus sanctus personarū sunt abinuicem proprietate distincti, sic fuissent quoq; naturarum diuersitate discreti. Fides autē Patriarcharū, Prophetarū, atq; Apostolorum, vnū Deū prädicat Trinitatem esse. In illa ergo sancta Trinitate vnus est Deus p̄r, qui solus essentialiter de se ipso filiū vnum genuit: & vnus filius est, qui de vno p̄re solus essentialiter natus est: & vnus spiritus sanctus, qui solus essentialiter a p̄re, filioq; procedit. Hoc autē totum non pōt vna persona. i. gignere se, & nasci de se, & procedere de se. Vt n. ait Angustinus in primo libro lib. de Trinitate, Nulla res est, q̄ se ipsam gignat vt sit.

cap. 1.
Augustin.
ca. 1. & 9.

Augustin.
cap. 1.

Expositio huius tertiae
Distinctionis.

Summa di
stinctio 3.

Quoniam determinauit Magister de summa Trinitate, eiusq; unitate, prout credit: hic tractat de ea, prout alqualiter per rationes naturales, aut similitudines intelligitur. Et diuidit prima pars huius distinctionis in quatuor, s̄m quod quatuor rationes inducit ex uerbis factorū, precipuē Angustini. Itaq; ait: [Apostolus namq; ait] ad Romanos 1. Interponit autē Magister coniunctionē hanc, namq; quia in fine precedentis distinctionis disseruit rationibus, cōgruisq; similitudinibus ita esse. i. Deū esse unum, ac Trinitū, prout infirmitas n̄ra ualet, ostendamus. [Apostolus namque ait: Inuisibilia Dei] i. inuisibiles Dei proprietates, p̄sertim absoluta, & essentialia attributa, ut bonitas, sapientia, oipotencia, immutabilitas, æternitas, [a creatura mundi] i. ab homine [per ea, quæ facta sunt] i. per res creatas, ordinemq; earū, & proprietates. [Intellecta conspiciuntur] i. mente aliqua cognoscuntur [semperna quoq; uirtus eius] i. eterna potestas, [& diuinitas] i. diuina, & increata essentia, quæ a p̄rietatibus: & attributis oipotencia, seu uirtute sua non realiter, sed sola ratione distinguit, ut distinctione patuit p̄cedente. Deniq; huic authoritati Apostoli consonat illud Sapientie: Vani sunt oēs homines, quibus nō subest scientia Dei: & ex his quæ uidentur bona, nō poterunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim speciei creaturæ potest creator horū intelligibiliter cognosci. Hinc docuerunt Philosophi, q̄ sicut causā cognoscitur per effectū, sic creator, seu prima causā, per mundū, & creaturas. qm̄ omnis effectus est quædā participata suæ causæ similitudo. Sic & oīs creaturā radius quidam est sui creatoris. Vnde & Proclus in clemensatione sua Theologica loquitur: Omnis pro cessus secundorum a primo per similitudinem quandam efficitur. Atque ait Philosophus causā producit simile sibi. Propter quod d̄ dispositio, proprietates seu perfectio causæ, in suo effecta aliquo modo reuertet. Consequenter t̄git Magister duas rationes, cur homo creatura mundi uocetur. Prima est pp̄ excellentiam qua excellit inter alias creaturas, p̄sertim non intellectuales, unde P̄salmista loquitur Deo: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Secunda est, pp̄ conuenientiam quam habet cum omni creatura. Quemadmodum enim diuus Dionysius libro de diuinis nominibus,

Sapient. 13.

Proclus.

Homo mundi creatura uocatur.

P̄salm. 8.

Dionysius martyr.

& Gregorius in homilia testantur, homo cū rebus inanimatis cōuenit in esse: cū uegetabilibus, in generare. & crecere: cū brutis, in sentire: cū Angelis, & Deo, in intelligere, & uelle. Idcirco ait Saluator: Prædicate Euangelium oī creature: omni homini. ¶ Sed obijci potest, quoniam Angelus est excellentior homine, iuxta illud P̄salmi: Minuisti eum paulominus ab Angelis, ergo Angelus magis, quam homo per creaturam mundi intelligeretur. Insuper Angelus est signaculum similitudinis Dei, homo autē ad imaginem Dei est factus. Sed ut ait Gregorius in homilia de Angelis, maiorē similitudinem designat signaculum quā imaginem. ¶ Præterea prima ratio cur homo creatura mundi uocatur, non uidetur soli homini conuenire, ga & Angelus cum oībus cōuenientiam habere. Etenim cum elementis, & mixtis, ut sunt mineralia, hēt esse: cum arboribus uiuere: cum brutis, sensibiliū cognitionem: cum Deo atq; hominibus, intelligere. ¶ Ad primum horū r̄ndet Albertus, q̄ homo considerat tripliciter. Primo s̄m reputationem diuinā, sicq; est creaturā dignissima, qm̄ Deus naturam humanā assumpsit ad hypostatice esse diuinū. Secundo, quantum ad p̄pria naturam, sic minor est Angelo. Tertiō per respectum ad ultimum finē, sic equalis est Angelo, qm̄ ad eandē supernaturā beatitudinē est cōditus, iuxta illud Matthæi: Erūt hoīes sicut Angeli Dei in cœlo. In Deuteronomio quoq; s̄m translationem antiquam d̄: Statuit Deus terminos populorum, iuxta numerū Angelorum Dei. ¶ Eandem rationem d̄ Thomas, & addit: Vt dicendum, q̄ mundus hic accipitur prout est contentia uisibilium, & corporalium rerum tantum, & sic inter creaturas mundi, quæ homo transcēdit, non computatur Angelus. ¶ Ad secundum r̄ndet Albertus: Angelus, quo ad essentialia sua, non hēt conuenientiam cum oī creatura: quia non conuenit sic cū purē corporalibus. homo autē conuenit cum simplicibus per humores, in quibus uidelicet sunt primæ qualitates: & cū mixtis, ac cōplexionatis, per similitudinē suę materie. ¶ Sequitur in litera ratio prima: [homo inuisibilia Dei cōpexit per creaturas uisibiles, aut inuisibiles. A duobus. n. uocabatur, s̄a natura q̄ rationalis erat] id est a naturali, & propria ratione, per quā intelligibili capax est, inquantū est participatio quædā luminis increati, iuxta id P̄salmi: Signatus est sup̄ nos lumen uultus tui Dñe. [Et ab operibus a Deo factis, ut manifestaret homini ueritas] i. a creaturis quas Deus

Gregori⁹

Marc. 16. Obiectio prima.

P̄salm. 8.

Tezech. 28

Gregori⁹ hom. 34.

Dilutio 1. Homo cōsiderat tripliciter.

Matt 22. Lucæ 20. Deut 32.

Thomas.

Ad sc̄m Albertus.

P̄salm. 4.